

archipresuli A. G. licet indignus episcopus, quicquid devotionis et obsequii^e ab homine prestari^d potest inpensius.¹

Quod vestra dignatio de fidei devotionisque nostrę constantia tam sincero presumit iuditio, id vero et debita me afficit gratulatione et multa me^e in futurum^f onerat sollicitudine, ut tam bonam de me persuasionem perpetuam vobis commendem. Porro quod nostrę parvitatıs officium erga vos exile nimis et ieiunum tam magnifica appenditis estimatione, non equidem^g meum meritum, sed propensum vestrę caritatis intelligo affectum. Est enim hoc solenne prorsus et familiare sincere diligentibus, ut tenuissimam operam eorum, quos diligunt, velut egregiam et singularem admirantur. Et vestro^h et tocius regni nomine gratulor vobis, quod perditis emulorum consiliis tam mature vos occurrisset, tam prudenter ea dissipasse ex litteris vestris cognovi. Veruntamen dum singula mecum etiam atque etiam retracto, solidum sincerumque gaudium vix audeo concipere. Suspectum quippe mihi est, quod de marchione D.² et de archiepiscopo Maguntinoⁱ, qui se velut caput coniurationis effert, nichil scripsistis. Movet me etiam ducis Bavvariorum tam facile recepta purgatio, tam facile credita excusatio. Dolosis enim consiliis nichil dissimulatione aptius est. Quamobrem velim vos unice commonitum, ut in omnes partes circumspecte vos agatis, nichil de priori diligentia remittatis. Nostis mores, nostis tempora³: quod^k credat aut cui credat nemo habet, et in tam dubiis rebus periculosa est securitas, dampnosa facilitas, pernicioosa credulitas.¹ Novi quam supereffluenti hæc instillem, sed exacto amorı difficile modum persuaseris. De comite E.^m ⁴ quam sim exacerbatus, utinam dissimulare possem! Veruntamen quia id non licet mihi nolle, quod vos tantopere velle intelligo,

9. c) folgt homini U. d) korr. aus prestare c. e) fehlt U. f) futuris U. g) ne quidem (statt non equidem) U. h) nostro U. i) Moguntino U. k) quid U. 1) korr. aus crudelitas c. m) N. U.

1) Man hat diesen Brief bisher — nach langer Diskussion — noch in die Zeit der Regentschaft der Kaiserin Agnes gesetzt, vgl. MEYER VON KNONAU 1, 271 N. 60 und 273 N. 66. Der Grund ist der am Schluß erwähnte Streit mit der Kaiserin; aber dieser hat, wie wir jetzt aus n. 28 wissen, noch im J. 1064 angedauert. Die unzweifelhafte Zusammengehörigkeit mit n. 7 läßt jetzt über die Datierung keinen Zweifel mehr. 2) Dedi. 3) Vgl. Cicero in Catil. I 1, 2. 4) Wohl identisch mit dem unten genannten Eberhard, der vielleicht der auf der Bamberger Synode von 1059 (JAFFÉ, Monumenta Bamberg. S. 497 n. 8) genannte Würzburger Hochstiftsvogt ist.